



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano Eivsdem Societatis olim Theologiæ
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis. Dispvtationes
Scholasticæ De Incarnatione Dominica**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1653

6. Vtrùm & quomodo possit eadem natura subsistere per plures
sunsistentias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-81011)

212 De mysterio Incarnationis,

suam essentiam habet esse in hoc supposito Verbi; ergo non accipit hoc à subsistentia Verbi, sed se ipsa formaliter id habet.

64

Si vero propter hæc dicas, illam vniōnem se ipsa essentialiter subsistere in illo supposito; ex hoc sequitur aliud inconveniens, scilicet non omnia substantialia, quæ sunt in Christo, subsistere totaliter per subsistentiam Verbi. nam vno illa hypostatica pertinet intrinsecè ad constitutionem Christi, ut supra vidimus; & tamen illa vno non subsistit formaliter per subsistentiam Verbi, sed per se ipsam formaliter; ergo licet humanitas Christi tota subsistat per subsistentiam Verbi. Ceterum totum illud suppositum Christi non subsistit adæquatè per subsistentiam Verbi, sed solum partialiter subsisti per aliquam subsistentiam creatam; scilicet per vniōnem, quæ est subsistente respectu sui ipsius; ergo ibi non est solum suppositum Verbi, sed suppositum Verbi, & alia subsistentia partialis, quæ est vno; quæ omnia videntur absurdula.

65
*Aliter diffole
suntur.*

Aliter ergo respondeo ad difficultatem, negando, vniōnem hypostaticam subsistere etiam partialiter, quando enim dicimus, omnem entitatem, vel modum substantialem repertum in homine, subsistere, debet intelligi de entitate, vel modo substanciali, tenente se ex parte naturæ, prout constinguitur à subsistentia; natura enim est, quæ subsistit: subsistente vero non subsistit propriè loquendo; nam subsistere per propriam subsistentiam, est sistere in se, ut supra dixi, seu terminari in se, quod sola natura completa debetur. & ideo sola natura completa est, quæ subsistit: (nomine autem naturæ compleæ intelligo naturam, quæ potest per se separata existere) quia illa sola habet tale complementum, ratione cuius debeatur illi sistere in se; ideo ipsa subsistente non subsistit, sed est subsistente actualis, & terminatio, quæ natura completa formaliter sistit in se. Quod à fortiori dicendum est de vniōne hypostatica, quæ est vno subsistente cum natura, & ideo nullo modo subsistit, nec per se ipsam formaliter, nec per subsistentiam Verbi. Quid si vno materia cum forma subsistit solum partialiter, ideo est, quia illa vno habet se ex parte naturæ, seu constituit intrinsecè naturam completam; non potest autem natura completa subsistere, quia omnes eius partes subsistunt partialiter, quia sunt partes illius naturæ subsistentes. At vero subsistente, vel vno hypostatica non constituunt intrinsecè naturam, sed supponunt naturam in se completam, & exigentem subsistentiam, quæ sistit in se, ideo vno inter partes naturæ subsistit partialiter per subsistentiam totius, non vero vno hypostatica.

66
Effugium.

Dices, humanitas Christi per subsistentiam Verbi non sistit in se, sed potius in alio, nempe in Verbo; ergo licet vno hypostatica non sit capax sistendi in se, quia non est natura completa, potest tamen accipere à Verbo hoc, quod est sistere in alio, sicut subsistit humanitas Christi.

Respondeo negando consequentiam, quia humanitas in tantum potest accipere à Verbo illum effectum formalem subsistendi in alio, in quantum ipsa humanitas de se erat capax sub-

sistentiae propriae, per quam subsisteret in se Verbum enim supplet in humanitate defectum propria subsistentie, cuius erat capax, quia erat natura completa. Vno autem hypostatica, cum de se non sit capax subsistentie proprie, qua subsistat in se, quia non est natura completa, nec pars naturæ completa, non potest accipere à Verbo subsistere in alio, sicut nec accidentia Christi subsistunt per subsistentiam Verbi, quia ipsa accidentia de se non exigunt sicut naturaliter subsistentiam propriam, qua subsisterent in se ipsis: ergo multo minus subsistit per subsistentiam vno hypostatica, quæ nec de potentia absoluta poterat subsistere in se per subsistentiam propriam; hæc enim solum debetur naturaliter in rebus, que naturaliter possunt esse per se; & solum datur diuinitus iis rebus que diuinitus existunt per se separata.

Hinc infero, quomodo sit intelligendum, quod 67
Corollarium.
suprà diximus, & communiter dici solet, scilicet omnem substantiam esse ens per se, hoc est, esse ens, quod exigit modum subsistentie, quo existat positivū per se. Debet enim intelligi cum proportione; scilicet omnem substantiam esse ens per se ut quod, vel ut quo: nam omnis substantia vel est natura, vel est subsistencia. Si est natura, exigit modum positivū, quo subsistat per se, & in se, & quo eius partes partialiter subsistunt, ut partes naturæ subsistentis. Si vero sit subsistence, ad quam etiam pertinet vno subsistence, habet esse per se ut quo, seu esse id, quo natura est per se, & subsistit. Quod autem dicitur de vniōne hypostatica, dicendum etiam est de vniōnibus continuatiis ipsarum partium subsistentie inter se nam illæ etiam vniōnes sunt modi substanciales, non tamen subsistent, quia non se habent ex parte naturæ, quæ sola est subsistens, sed ex parte subsistentie, quæ non subsistit, ut dictum est.

SECTIO VI.

*Vtrum, & quomodo possit eadem natura
subsistere per plures subsistentias.*

Primò dubitatur; vtrum natura humana, v.g. 68
*Dubium p.
mun.*
potest in se subsistere, ut subsisteret per subsistentiam Verbi; de quo latè Vasquez in pra- Vasquez.
fenti disp. 33. & Suarez in praesenti disp. 14. set. 1. P. Suarez. P. Suarez.
Conuenient autem omnes, aut fere omnes in parte negativa, exceptis paucis modernis, ad cuius probationem plures adduntur rationes, quas refert, & impugnat Suarez ubi supra. Et quidem difficilè affertur ratio efficax ad probandum, repugnare etiam de potentia absoluta assumi à Verbo naturam retentam propria subsistence. Potest tamen aliqualis probatio definiiri. Primo à posteriori, quia ex eo solum colligunt Conelia, & Patres in Christo Domino non esse propriam personalitatem creatam, quia eius humanitas fuit assumpta à Verbo, ergo sentiunt, non potuisse assumi retenta propria personalitate.

Dices, Concilia ex eo colligere defectum propria personalitatis creatæ in Christo, quia licet propria personalitas creata non repugnet cum aliena, in ordine ad potentiam absolutam repu-

repugnat tamen connaturaliter; quare cum non sint praesumenda miracula sine necessitate, hinc est, ut ex presentia alienae substantiae, potuerit bene Ecclesia colligere absentiam propriæ substantie in humanitate Christi.

Sed contra, quia tantum, & fortasse maius miraculum est, auferre à natura substantiali completa propriam substantiam, quam conferunt propriae substantiam cum aliena: nam sicut datur per te repugnata solùm naturalis, & non essentialis inter duas illas substantias; sic repugnat etiam naturaliter, & multo magis manere naturam completam sine propria substantia, quæ est passio ei connaturaliter debita. Cur ergo magis dicendum est, auferri propriam substantiam, ne substantia miraculose eadem natura per duplum substantiam, & non potius manere propriam substantiam, ne maneat natura sine passione sibi connaturaliter debita.

Dices, licet utraque sit solùm repugnativa naturalis, magis tamen repugnare, quod natura substantia duplum substantia, quam quod priuatur propria substantia; sicut in Eucharistia dicimus auferri dependentiam accidentium à substantia panis, ex eo, quod incipiant eadem accidentia conferuari miraculose à corpore Christi, quia licet accidentibus repugnet, non conferuari à subiecto sibi connaturali; magis tamen repugnat illis conferuari à duplice causa adaequata. Quare supposito quod conferuantur à corpore Christi, ex suppositione primi miraculi connaturalius est, quod tollatur dependentia, quam habebant à proprio subiecto, quia natura maximopere abhorret superflua. Sic etiam licet repugnat naturæ carere propria substantia ex suppositione tamen primi miraculi, quod substantia per alienam substantiam connaturalius est, quod caret propria substantia, quia illa iam est superflua.

Sed contra, quia id est dependentia accidentia à substantia panis in Eucharistia tollitur ut superflua propter dependentiam nouam, quam habent à corpore Christi, quia nimur totum illud, quod possint habere accidentia ex vi illius dependentia, habent etiam ex vi alterius, quia per quamlibet illarum producuntur sufficienter extra causas, & ponuntur adaequatae cum suo esse à parte rei: Ceterum super posteriorem dependentiam non acciperent, quod per priorem non tolleretur prior connaturalis per posteriorem præternaturalem. Sicut licet corpus Christi in eodem Sacramento Eucharistia accipiat presentiam, seu ubicationem supernaturalem, non amittit presentiam naturalem, quam habet in celo, vel quam habebat in cœna, quia presentia naturalis cum extensione partium est passio debita connaturaliter corpori quanto, & dat effectum formaliter diuersum ab illo, quem dat presentia supernaturalis, ponens totum in toto, & totum in qualibet parte totius. Sic ergo in nostro cau, si natura humana Christi acciperet à substantia Verbi illud ipsum, quod acciperet à propria substantia, facile admirerem per unionem ad Verbum auferri, vel impediri connaturaliter propriam substantiam. Absolutè tamen id non sequitur, si illa solùm sit repugnativa

naturalis, quia à propria substantia habet natura esse per se sibi in se ipso, ut vidimus sectione precedentem; à substantia autem aliena non habet hoc, sed substantia in alio, seu terminari, & sibi in alio supposito; quæ duo sunt valde diuersa, quare per aduentum secundi, non debuit connaturaliter auferri primum ut superfluum.

Dices iterum, à Conciliis, & Patribus colligi negationem personalitatis creatæ in Christo non præcisè ex eo quod substantia per substantiam Verbi, sed ex eo, quod Scriptura loquuntur de Christo homine, & Deo, tanquam de vna, eadémque persona, & non de duabus; tribunt enim quæ sunt Dei, homini, & quæ sunt hominis Deo; dum dicunt, *Deus nascitur, Deus moritur, homo est Deus, homo est genitus à Patre, &c.* ex quo loquendi modo deducitur non esse in Christo duas personas distinctas, sed unicam; ergo non sunt duas personalitates; aliqui si essent duas personalitates, essent duas personæ, & per consequens unaquaque retineret sibi, quæ essent ei propria.

Sed contra, quia ex hoc ipso modo loquendi Scriptura colligimus, non potuisse manere substantiam propriam cum aliena, si enim non maneat, ut ex Scriptura colligitur; ergo connaturalius erat, non manere cum substantia aliena, ne fingamus miracula plura; vidimus autem, non fore id connaturalius; si solùm esset repugnatio connaturalitatis, & non essentialis, ergo ex ipso modo loquendi Scriptura colligi potest hæc repugnatio essentialis. Vnde potest colligi ratio aliqua a priori pro eadem conclusione, quia scilicet effectus formalis propriae substantia non est aliud, quam reddere materiam per se existentem, & in ipsa terminatam, ut vidimus, quia nullus aliud potest excogitari effectus, quem tribuat: non autem dat substantia naturæ hoc solùm, quod est esse per se in actu primo, seu petere esse per se; hoc enim iam habet ipsa natura substantialis completa de se, & ante substantiam, quia qualibet natura completa eo ipso, quod sit completa, petit esse per se; imò ideo postulat propriam substantiam, quia de se postulat esse per se; ergo propria substantia non dat formaliter naturæ, quod petat esse per se, sed quod sit actu per se; ergo implicat contradictionem, naturam habere propriam substantiam, & non esse actu per se: repugnat enim formam esse in subiecto, quin communicet illi suum effectum formaliter; ergo repugnat, naturam habere propriam substantiam, & alienam, probatur consequentia, quia tunc esset per se, & esset in alio; qui sunt termini virtualiter contradicentes; ut ex ipsis patet.

Quod explicari potest ex supradictis ex differentia inter substantiam, & accidentem, nam siue accidentis est ens in alio, sic natura substantialis est ens per se; scilicet per seipsum petens esse per se, & rufus per substantiam, seu personalitatem accipiens id, quod de se exigebat; ergo substantia propria assert aliquam incommunicabilitatem maiorem, seu nouam super eam, quam natura iam de se habebat.

Dices

74
Aliud effu-
seus.

Dices, natura de se habebat incommunicabilitatem solum radicalem, quatenus exigebat propriam subsistentiam, per quam acciperet incommunicabilitatem formalem, & proximam, quam de se nondum habebat, neutra autem est essentialis. Sicut corpus substantiale de se ante quantitatem habet impenetrabilitatem solum radicalem, quatenus exigit quantitatem, à qua accipiat impenetrabilitatem proximam, & formalem.

Expeditur.

Sed contra ex ipso exemplo quantitatibus arguere possumus; corpus enim de le ante quantitatem non habet impenetrabilitatem proximam; hinc est, quod ablata quantitate, absque novo miraculo, quodlibet corpus quantum poterit cum illo penetrari propriis viribus, quia de se non habet impedimentum proximum penetrationis. At vero natura humana ita haberet de se incommunicabilitatem, vt non solum sit miraculum, quod careat propria subsistentia, sed etiam erit miraculum, quod terminetur aliena subsistentia, quia de se petit nō terminari, nisi per propriam; ergo de se habebat proximam incommunicabilitatem respectu alieni suppositi.

75
Institutum.

Dices iterum, effectum formalem propriæ subsistentie non esse, quod de natura maiorem incommunicabilitatem, quām de se habebat, sed solum, quod faciat illam non indigere iam alieno supposito, vt sustentetur: nam de se indigebat aliquo supposito, vel proprio, vel alieno, vt sustentaretur; adueniente autem propria subsistentia, sustentatur natura per ipsam; & non indiget alia subsistentia, cui innitatut.

Inflanaria oc-
curreunt.

Respondeo ideo dixi, non facile afferri posse rationem conuincentem, hanc repugnantiam essentialiem, sed tamen supposita doctrina fidei, & quod de facto in Christo non manserit subsistentia creata propria humanitatis, colligi probabiliter effectum formalem subsistentie propria non esse solum illum, quod scilicet natura non indiget aliena, sed quod non possit villo modo communicari alieno supposito: alioquin non satis apparet, cur non potuerit manere ibi subsistentia propria, vt dicebamus; vnde videtur, quod sicut accidentis per carentiam subsistentie non est ens suum, sed ens, id est, alterius; sic & contra natura substantialis completa per propriam subsistentiam habeat esse ens suum; esse autem ens suum videatur afferre secum necessarium, quod non sit alienum, quod enim meum est simpliciter, & absolute non est alienum; si ergo natura subsistens in se est ens sui ipsius, non est ens alterius. Hec enim videntur aliquam implicitam contradictionem inuoluere.

76
Obiectum.

Obiciunt tamen moderni contra hanc rationem, quia etiam quando natura terminatur per subsistentiam Verbi, non minus est per se, quām quando terminatur per propriam: nam subsistentia Verbi dat humanitati, quod daret illi propria subsistentia, facit enim illam subsistere substantialiter; ergo non implicat contradictionem, terminari humanitatem utraque subsistentia, non enim implicat contradictionem esse per se per propriam subsistentiam, & per alienam.

Reiectum.

Hec tamen obiectio procedit ex falso fundamento, non distinguente inter effectum

propriæ, & alienæ subsistentie. Quare cum in superioribus dictum sit, naturam non accipere ab aliena subsistentia esse per se, sed esse in alio, facile respondetur in praesenti negando antecedens.

Dificilius obiectum contra positam conclusionem, quia natura diuina subsistens per subsistentiam Patris, verbi gratia, adhuc potest simul subsistere per subsistentiam filii, & Spiritus sancti; ergo non repugnat, eandem naturam subsistere simul per plures subsistentias; ergo nec implicat contradictionem subsistere simul per propriam & alienam subsistentiam, nam cur hoc magis repugnabit, quām subsistere per plures proprias?

Huic obiectio plures redduntur solutiones, plurimas referunt, & impugnat Suarez ubi supra divisione 1. Ex iis tamen quā diximus sectione 4. facile dissolvetur reddendo discrimen inter subsistentiam propriam, & alienam: subsistentia enim propria tribuit naturae subsistere per se & in se; quare non implicat contradictionem, eandem naturam, quā subsistit semel per subsistentiam propriam, subsistere iterum, ac iterum per alias subsistentias proprias; nam totum hoc erit subsistere per se, & in se per plures subsistentias. At vero subsistentia aliena facit rem subsistere, non in se, sed in alio: Cū autem implicat contradictionem, aliquid subsistere, seu sistere in se, & in alio, repugnat etiam, terminari eandem naturam per subsistentiam propriam, & alienam; hoc enim esset, naturam sistere in se, & non sistere in se, cū progradatur ulterius ad componendum cum alio.

Hinc infero prīmū, non repugnare potentia absoluta eandem naturam creatam subsistere simul per duplēc subsistentiam propriam: quidquid dicat P. Vasquez dicta diff. 33. Vasquez num. 5. cui hoc valde mirabile videtur, non solum dictu, sed etiam cogitat. Imò addit ipse, non solum simul, sed nec etiam successivè posse eandem naturam subsistere duplēc subsistentia propria, quia cū hæc natura Petri, verbi gratia, ex se non possit naturaliter habere plures subsistentias, non est de se indifferens ad plures; ergo non sunt possibiles plures subsistentia propria illius naturæ: quomodo enim erunt possibiles, quas ipsa non potest habere? ergo sicut ipsa natura de se vnicam subsistentiam postulat, ita vnicam erit possibilis, & per consequens licet illa natura millies assumetur, & dimitteretur a Verbo; toties recuperaret eandem propriam subsistentiam, quam prius habebat.

Verū hoc argumentum, si aliquid probat, probat etiam, non posse animam rationalem, si semel annihiletur, reproduci per aliam numero actionem, quām per illam, qua prius produc̄ta fuerat, si illa erat actio permanens, quia ipsa anima ex natura sua non potest terminare plures actiones simul: item non posse eandem numero formam equi corruptam reproduc̄i, & reuniri materia per aliam unionem distin̄tam à priori, ob eandem rationem & alia similia, quæ nullus concedit. Quare respondentium erit, licet natura de se non possit naturaliter habere plures subsistentias; esse tamen possibiles plures

plures modos subsistendi eiusdem naturae, non attenta potentia ipsius naturae, cui vna subsistens sufficiebat, sed attenta omnipotencia Dei, cui non repugnat producere sapientiam diuersam cum diuerso numero subsistentiarum, vel in prima productione dare illi aliam subsistentiam propriam, & non hanc, sicut potest eam reproducere per diuersam etiam numerorum actionem.

Infero secundum, non solum repugnare eidem nature subsistentiam propriam, & alienam in eodem loco; sed etiam in diuersis; quod immixtum negavit Pater Suarez *vbi supra, dicta sententia prima in fine.* Ratio autem sumitur ex iis, que dixi in 4. *Physicorum*, vbi docui, formas, que repugnant essentialiter eidem subiecto in eodem loco, repugnare etiam in diuersis, quia haec repugnantia non est ratione loci, sed ratione subiecti, quod semper manet vnum, & idem, licet in diuersis locis.

Dabitur tamen secundum pro complemento, ut huius questionis, vtrum possit eadem natura humana Christi subsistere simul per subsistentiam trium diuinarum personarum; quod sub aliis terminis solet disputari, vtrum eadem humanitas possit assumi a tribus diuinis personis.

Communis est sententia Theologorum, affirmans, quam docuit D. Thomas in *presenti questione terria, articulo sexto*, quem sequuntur ultra alios Suarez *ibi, disputatione 13. sententia 2.* & Vazquez *disput. 29.* quia licet subsistere in se, & subsistere in alio implicet contradictionem, nulla tamen est contradictione in eo, quod eadem natura subsistat duplice, vel triplice subsistentia aliena.

Ego quidem non parum propendo in partem negatiuum, pro qua afferuntur Scotus, Rocardus, Albertus, Paludanus, & Anselmus, quem licet interpretari conetur Diuus Thomas, & alii; non tamen posunt omnino in suam sententiam trahere. Omissis autem aliis rationibus, quae mihi non sunt adeo efficaces; ratio potest desumti ex supradictis, quia licet subsistentia aliena non ita terminet naturam, vt faciat illam per se subsistentem: facit tamen illam subsistentem in tali supposito alieno; sicut subsistentia propria facit naturam subsistentem in se. Nam subsistentia Verbi, verbi gratia, ita terminat naturam humanam Christi, vt facias illam subsistere in Verbo; item si personalitas Angeli posset terminare naturam humanam Petri, faceret illam subsistere in supposito Angelico. Subsistere autem humanitatem in Verbi supposito, vel Angelico, est sistere, & terminari humanitatem, non quidem in se, sed in illo supposito alieno, ergo non posset simul terminari ab alio supposito. Probatur consequentia, quia sicut repugnat terminari in se, & in alio, vt supra dictum est, sic etiam repugnat terminari in supposito Verbi, & terminari in alio supposito Spiritus sancti; terminari enim est sistere ibi, & non progredi ulterius. ergo si terminatur in hoc supposito Verbi, non potest terminari in alio supposito Spiritus sancti, quia afferat secum in terminis virtualem contradictionem.

Dices, eadem natura diuina subsistit per subsistentiam trium Personarum ergo poteris etiam eadem humana, natura subsistere per easdem tres subsistentias.

Respondeo, negando consequentiam. Ratio autem discriminis est, quod natura diuina subsistit per tres subsistentias proprias: subsistere autem per propriam subsistentiam, non est naturam sistere, seu terminari in tali supposito, sed sistere in se ipso, vt supra dictum est: inquit hic est potissimum effectus propriæ subsistentiæ, quod natura existat per se, seu sitat in se ipso; quare cum non repugnet, quod eadem natura sitat in se ipso per triplicem subsistentiam (vt ita dicam) non repugnat habere tres subsistentias proprias. At vero quando natura subsistit per subsistentiam alienam, non sitat in se, sed in alieno supposito; quare cum repugnet, naturam sistere in tali supposito alieno, & adhuc progrederi ulterius ad sistendum in alio supposito; consequens est, vt repugnet, quod natura humana, qua semel subsistit in supposito Verbi, subsistat ulterius in supposito Verbi, subsistat ulterius in supposito Patris, vel Spiritus sancti. Est ergo mihi satis verisimilis haec pars, solùnque retardor ob auctoritatem S. Thomæ. Possimus tamen S. Thomas opponere Anselmum, quem nobis auferre volunt Aduersarij.

SECTIO VII.

Explicantur aliae difficultates circa naturam subsistentiæ.

Prima difficultas est, an subsistentia sit modulus, vel res absoluta? 83
Quidam recentiores tenaciter defendunt, esse Difficultas
prima.
Soluuntur.
diffinctam à natura realiter, tanguam rem à re. P. Suarez in *Metaphysica vbi supra, sect. 4. n. 33.* docet, esse modum naturæ, quam sententiam defendit etiam P. Vazquez in *presenti disputatione 31. c. 6.* Vazquez & est communis apud nostros, & mihi etiam videtur probabilior. Primum, quia subsistentia Petri, v.g. est, que terminat partes Petri, vt sint in hoc supposito, & non sint in alio compagno, neque in alio supposito; ergo non est entitas absoluta, quia si esset absoluta, potuisset eadem subsistentia, que nunc est Petri, esse subsistentia Pauli. quod quidem videtur absurdum, quia si hoc esset, potuisset etiam subsistentia lapidis fieri subsistentia hominis, atque adeo illa, quæ nunc non est personalitas, potuisset eadem esse personalitas, omnis enim subsistentia humana est personalitas, & è contraria, quæ nunc est personalitas in homine, potuisset connaturaliter esse subsistentia lapidis, & per consequens non esse personalitas, quod videtur omnino falsum. nam personalitas intrinsecè est personalitas. Fataendum ergo est, subsistentiam hominis secundum se esse alligatam ad naturam humanam, & non esse indifferentem ad alias naturas: hoc autem concedo, non appareat, cur non dicamus, subsistentiam Petri de se esse alligatam ad naturam Petri, quia sicut subsistentia humana terminat naturam humanam, vt sitat in se; sic subsistentia Petri habet terminare naturam Petri, vt sitat in se, ergo non est indifferentes ad terminandam quamlibet naturam.

Con